



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. II. De Baptismo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

in gratia. Hinc Baptismus, & Pœnitentia
 dicuntur *Sacramenta mortuorum*; reliqua
 dicuntur *Sacramenta vivorum*; nam Ba-
 ptismus, & Pœnitentia conferuntur homini
 cœlesti in peccato, quod si est mortale, est
 cœlesti animæ. Cœtera autem conferuntur ho-
 mini cœlesti in gratia, quæ est vita animæ:
 2967. *Sum. 7. num. 12.*
 2968. Ultra gratiam sanctificantem con-
 feruntur, Sacramenta causant gratias parti-
 culares ab illa distinctas, quæ dicuntur gra-
 tias sacramentales; & sunt particularia que-
 dam, quæ Dens opportuno tempore
 ad decet sacramenta debite recipienti-
 bus. Et in specie. Per Baptismum re-
 stituitur. Per Confirmationem roboratur
 ad fidem Christi constantem consiten-
 tiam. Per Eucharistiam conferuntur subsidia ad
 evadendum in gratia, & tentationes vin-
 dens. Per Pœnitentiam poena aeterna commu-
 nitur temporalis. Per Extremam unctio-
 nem conferuntur auxilia ad resistendum ten-
 tationibus in mortis articulo occurrenti-
 bus. Per Ordinem conferuntur auxilia ad dignè
 exercendum Ministeria Sacra. Et per Matri-
 monium conferuntur auxilia ad ejus sustinendam onera, &
 ad rectè educandam.
 2969. Ultra effectum gratiæ, Baptismus,
 & Confirmatio imprimunt caracte-
 rem in anima, qui est indelebilis, non si re-
 pugnare proinde priora tria sunt irreiterabi-
 lia, nec valeant sine sacrilegio reiterari, re-
 iterari possunt reiterari.
 2970. Character, est signum quoddam spi-
 rituale, quod anima imprimitur. Est veluti si-
 gnum indelebilis, quod ab anima per pecca-
 tum non deletur; imò in ea permanet post

mortem, sive beata sit, ad splendorem, sive
 damnata, ad confusionem: *vide tom. 3.*

NUMERUS, ET SUBJECTUM.

2967 **S**acramenta novæ legis sunt septem:
*Baptismus, Confirmatio, Eucharis-
 tia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, &
 Matrimonium.* Est de fide, ex Trident. *sess. 7.
 can. 1.* Fuerunt instituta septem per analo-
 giam inter vitam corporalem, & spiritualem.
 Hinc 1. Generationi correspondet: *Baptis-
 mus.* 2. Augmento: *Confirmatio.* 3. Nutrimen-
 to: *Eucharistia.* 4. Medicina post morbum:
Pœnitentia. 5. Adjutorio ad tollendas reli-
 quias morbi: *Extrema Unctio.* Reliqua duo
 spectant ad perfectionem Reipublicæ Chri-
 stianæ: *Ordo* namque ordinatur ad propaga-
 tionem spiritualement: *Matrimonium* verò ad
 propagationem corporalem.

2968 Subjectum capax Sacramentorum
 est solus homo viator, quia pro ejus salute
 fuerunt à Christo Sacramenta instituta, ut ex
 definitione: *num. 2916. v. tom. 3. num. 17.*

Scotus *in 4. dist. 1. q. 2. litt. F. dist. 3. q. 2. litt.
 M, N, d. 8. q. 1. litt. H, d. 26. quest. un. litt.
 K, d. 40. quest. un. litt. F, d. 1. quest. 3. litt.
 L, d. 2. q. 1. litt. F, d. 1. q. 5. litt. A, d. 2. q.
 2. litt. C, d. 1. q. 5. litt. A, d. 6. q. 10. litt. K, d. 1. q.
 3. litt. D, d. 2. q. 3. litt. D, E, Maltrius disp. 16.
 Joan. la Cruz, pag. 280. Leander de Sacra-
 ment. tract. 1. Tambur. tom. 2. lib. 2. Bulemb.
 lib. 6. tr. 1. Clericatus c. 214.*

CAPUT II.

DE BAPTISMO.

2969 **B**aptismus communiter definitur
 cum Mag. *Est ablutio corporis ex-
 terior facta sub præscripta forma verborum;*
 Kkk 3 melius

melius ex Catechismo Trid. *Est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.*

2970 Est Sacramentum necessarium ad salutem necessitate medii, in re, aut saltem in voto, si non possit adhiberi in re.

Necessarium necessitate precepti est illud, quod est necessarium, in quantum preceptum est, & ad vitandum peccatum; hinc ab eo excusat involuntarium. Necessarium vero necessitate medii est illud, quod habet influxum in salutem, sine quo salus nullo modo obtineri potest, ita ut in tantum sit preceptum, quia medium necessarium; hinc ab eo involuntarium non excusat, adeoque infantes decedentes sine baptismo non salvantur.

Sacramentum igitur baptismi est necessarium necessitate medii, & precepti, ut constat ex Jo. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.*

2971 Est triplex: *Fluminis, Fluminis, & Sanguinis.* Baptismus *Fluminis*, est baptismus per aquam jam definitus, qui est in re, & proprie baptismus. *Fluminis*, est dolor peccatorum, seu contritio cum voto, seu proposito recipiendi baptismum in re. *Sanguinis*, est martyrium. Uterque supplet, & gerit vires baptismi fluminis, conferendo remissionem omnium peccatorum, tam actualium, quam originalis, quando baptismus fluminis adhiberi non potest: *v. n. 2944.*

MATERIA, ET FORMA.

2972 **M**ateria remota baptismi est aqua elementaris ex fontibus, fluminibus, puteis, stagno, mari, etiam si per meatus sulphuris tranferat, &c. apta communi usui ablationis. Hinc non sufficit ad valorem. 1. Aqua artificialis, nempe aqua rosacea, aut alia distillata. 2. Nec jus caruam, &c. e-

bullitione peracta, quia per ebullitionem qua transit in substantiam cibi, ut non amplius aqua elementaris, ablationis communem usum apta; hac ratione panis frangit jejunium. 3. Nec nix, aut gelus aliquo modo liquefactus, & fiant aqua luendum, quia tunc sunt aquae elementares.

Eadem ratione aqua ex sale humida soluta est materia valida, si sit ex saltem quia est aqua naturalis, quae ante est regulata, sicut aqua ex nive. Minime, si sit sale petra; quia non est sal ex aqua. Non stat autem valor, si sit calida, colorata, turbida, quamdiu est vera aqua ad ablationem apta; quia sunt pura accidentia, non veram substantiam materiae; secus si sit in arena, ut non amplius sit aqua, cojusmodi est huiusmodi *v. n. 75.*

2973 Certum est, liquorem ex vino, re, &c. salivam, & sudorem non esse materiam aptam.

2974 **M**ateria proxima est ablutio corporis, quae debet esse sensibilis, ut aqua tangat. Ablutio fieri potest tripliciter: 1. *Immersionem* alicujus partis corporis immergendi in aquam. 2. *Per effusionem* aquae corpus; ut in Ecclesia latina: 3. *Per aspersionem*. Ordinarie loquedo aqua debet esse benedicta, & pars corporis abluenda debet esse put, aut aliqua pars principalis, ablutio mortale. In casu vero necessitatis, licet qualibet aqua, juxta *n. 2972.* & qualibet parte corporis.

2975 Si ablutio fiat in digito, pede, aut capillis, aut si abluatur infans secundum circumdatum, aut si ablutio fiat per unam, aut duas guttas aquae, dubium est baptismum, quod dubium est, an verè dicatur ablutio corporis homo; ac proinde extra casum necessitatis est illicitus, imò sic in casu necessitatis, est potius sub conditione repetenda.

Spiritus Sancti; quia etiam variatur significatio; nam baptizans exprimitur non tamquam minister principalis, sed tamquam procurator.

2980 Dubius est Baptismus, & inde repetendus sub hac forma, 1. Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & procedentis ab utroque, 2. In Patre, Filio, & Spiritu Sancto, 3. In uno Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, 4. In virtute Patris, &c. 5. Si omittatur *ly, Sancti*. Vel si omittatur *ly, In*. 6. Si personæ exprimantur ordine inverso. Est certè invalidus etiam in casu necessitatis per solos nutus sine verbis, etiam per mutum.

2981 Baptismus sub hac forma ab obstricta Sicula in necessitate factus: *foi ingravato in nome del Padre, e del Figlio, e dello Spirito Santo*; videtur validus; quia *ingravatare*, est verbum græcum, quod probabiliter censetur, quod significet *lavare*. At ritè Tamburæum pronunciat invalidum; quia licet significatio probabiliter sit talis, in Sicilia tamen ex communi usu, & acceptione, verbum illud *ingravatare*, non significat actum abluionis, sed totum aggregatum facti in repentina necessitate.

2982 Heretici, qui convertuntur ad fidem, non sunt sub conditione rebaptizandi, nisi ad sit dubium, an adhibita fuerit debita materia, aut forma. Imò nec suppleri solent cum illis excommunicata, ad vitandum scandalum, ne rudes putent, baptismum ab hæreticis sub debita materia, forma, & intentione collatum, esse invalidum.

MINISTER

2983; **D**ebet esse distinctus, quia idem non potest generare seipsum. Minister solemnitatis est sacerdos solus, cui ex officio incumbit, nempe Parochus, & ex eius commissione, aut defectu quilibet alius Sacerdos, qui in aliquo casu potest esse Diaconus; extra casum verò necessitatis, nulli alteri licet sine mortali; validus autem esset baptismus.

2984. In casu necessitatis, videlicet in probabili periculo, quòd quis moriatur sine baptismo nisi statim baptizetur, validus simul, & licitus minister hujus Sacramenti est quilibet homo usum rationis habens, debitam materiam, & formam adhibens, cum intentione faciendi id, quod Ecclesia intendit, sive Sacerdos sit, sive Diaconus, sive Subdiaconus, sive Clericus, sive Laicus, sive vir, sive femina, sive fidelis, sive infidelis sive excommunicatus. Præfatum ordinem sine rationabili causa pervertere est peccatum mortale, si adsit injuria gravis, ut si præfente, & volente Parocho, baptizet simplex Sacerdos, aut præfente Sacerdote laicus veniale verò, si injuria sit levis, ut si præfente viro laico baptizet femina. At nullum erit peccatum, si major sit præfens, sed non velit, vel si minor faciat ex inadvortentia conturbatione, quia est promptior, quæ in his casibus repentinis contingere solent.

2985. Sic dato baptismo, si baptizatus vivat, solum supplendæ sunt à Parocho ceremoniæ, & solemnitates in publico baptismo solitæ: si adsit certitudo, quòd fuerint adhibita debita materia, forma & intentio; quæ si certò non consent, est reiterandus sub conditione

Non licet recipere baptismum ab hæretico;

co; imò adulus ab eo recipiens est irregularis, & ad Ordines promovetur non potest. *ex cap. Qui in qualibet 1. q. 7. cap. Venio 9. x. nisi baptizatus fuisset infans, aut in articulo mortis; hæreticus enim, & infidelis. Trid. sess. 7. can. 4. valide baptizat, si non facere, quod facit Ecclesia. Clericus 115. num. 39. § 51.*

Imò baptizatos à Calvinistis esse reprobos, & ad Ordines promovendos non debent, etiam sub conditione, habent ex Decretis Congreg. Conc. apud Fagnanum de h. de. cap. Quoniam 13. constitut. n. 24.

2986. Validus est baptismus, si credat se baptizare masculinum, cum sit femina; quia errat speculative, non practice suam intentionem dirigens ad personam præfentem. Sicut validus est Confessarius poenitentem, quem parabat masculinum, cum sit femina.

2987. Hac ratione Fenech. de forma 1. num. 30. cum pluribus addit, quod in quo Episcopus ante ordinationem aliquid juxta ritum Pontificalis: *Se non nocet ordinare excommunicatum, irregularem, cum alterius d. accessis sine legitimo d. &c.* si quis ex his ad Ordines accedat, non ordinatio, & non repetenda; quæ articulatæ, & practice ordinare intendit præfentem; adeoque protestationem esse ad terrorem, ut si quis talis sit, non & non illicite ordinetur.

Id tanquam longè probabilius, quod tenet Leander tr. ult. 6. de Ordine 4. & probat his verbis: *Quod inde evolvitur, quia post talem protestationem solet ordinandos à quacumque excommunicatione absolvere, & ab omni irregularitate pensare, ad effectum duntaxat ordinandi suscipiendi, ut habetur in Pontificali absolventes ad effectum presentium*

Hac Leander. Idem docet Tambur.
lib. 3. cap. 3. §. 5. n. 26. Gobat. tom.
de ord. trail. 3. n. 704. Unde id est mora-
tum.

2968 Unus in necessitate potest per af-
fectionem baptizare plures utendo hac for-
ma: *Ego vos baptizo, &c.* quia non mutatur
sacramentum, nec sealus; nam *ly, vos*, idem est,
et *Et*.

2969 Item validè duo simul baptizant, si
ambos abluit, & formam proferat, ac in-
tentionem ab intentione alterius, sicut in
Ordinationis omnes Sacerdotes conse-
crant.

2970 Invalidè autem, si unus solum ab-
luit, alter solum formam proferat; ut con-
tingit, si quis esset baptizandus, & non
esset, nisi duo, unus sine lingua, alter
in manibus; quia tunc formam redditur fal-
sum non dicitur cum veritate baptizare,
sicut, qui solum dicit: *Ego te baptizo*,
nihil; non tamen ipse, sed alius ab-

bat non expectato rationis usu, etiam in ver-
tis parentibus, si id fortè contingat. Idem
dico de filiis infidelium jam baptizatorum,
qui, v. gr. appostataverunt à fide; quia sicut
Ecclesia potest ipsos parentes cogere poenis
ad servandam fidem; ita potest ab ipsis filios
eripere, & baptizare.

2993 Filii verò infidelium nunquam ba-
ptizatorum, validè baptizantur, in vitis pa-
rentibus, sed illicitè, si parentes non sint sub
dominio Principum Christianorum, vel si
solum sint tributarii, aut vassalli, ob pericu-
lum subversionis. Tum quia per hoc, quòd
sint vassalli, non amittunt jurisdictionem, &
potestatem dominativam in filios.

Licet autem eos baptizare, si ipsi pueri
post usum rationis petant, aut ante usum ra-
tionis sint in periculo vitæ jam jam morituri;
quia tunc cessat periculum subversionis.

2994 Item licet eos baptizare in vitis pa-
rentibus, si parentes sint mancipia Christia-
norum; quia tunc domini dominum ha-
bent, tam in parentes, quàm in filios, ut eos
vendere possint, & separare.

2995 Denique possunt in vitis parentibus
baptizari, si unus parentum sit fidelis; quia
proles sequitur originem parentis Christiani,
cujus conditio est melior; ac proinde ratione
originis fit subditus Ecclesiæ.

DISPOSITIO SUBJECTI.

2996 **I**n infantibus ante usum rationis, &
in perpetuo amentibus à natiuitate
intentionem, & dispositionem supplet Eccle-
sia, ob eorum incapacitatem; unde nulla in
illis requiritur dispositio moralis, tam ad va-
lidè, quàm ad fructuosè recipiendum bap-
tismum.

2997 In adultis verò sunt necessariae tres
dispositiones: 1. est *Consensus internus*; quia
LII Deus

SUBJECTUM BAPTISMI

2998 **E**t omnis homo natus. *Monstrum*
ex viro, & muliere genitum, est
excludendum, quia consistit corpore, & anima
separatim. Si consistat, quod habeat duas ani-
mas, non est baptizandus; tale est, si habeat
unum caput, aut duo corpora divisa. Si dubi-
tem, an duas habeat animas, ut si habeat
duos oculos in uno pectore, aut duo pectora
in eodem capite, bis baptismus conferri de-
bet, non absolutè in illa parte, in qua perfe-
ctè apparet caput; alius sub conditione in
altera parte: Si non es baptizatus, vel si es
imperfectè baptizatus: Ego te baptizo, &c. Hac Fe-

2999 Filii Christianorum baptizari de-
bent. Exam. Ecclesiast. Tom. 1.

Deus neminem invitum vult suae familiae ad-
scripti: habetur ex Prov. 13. *Fili praebe mihi cor
num: 2. Est fides, juxta illud Matth. ult. Qui
crediderit, & baptizatus fuerit, &c.* quae fides
ante baptismum sufficit, quod sit actualis: 3.
dispositio necessaria in adultis, qui cum ori-
ginali mortale aliquod conjunctum habent,
est *penitentia*, seu dolor peccatorum com-
missorum, qui sufficit, quod sit attritio: habe-
tur ex Actorum 2. *Penitentiam agite, & bap-
tizetis unusquisque vestrum in remissionem
peccatorum.*

2998 Haec tres dispositiones ita se habent,
ut sola prima sit necessaria ad baptismum va-
lide suscipiendum; reliquae autem duae so-
lum sint necessariae ad baptismum fructuose
suscipiendum, nempe cum effectu gratiae;
unde si quis adultus sine actu fidei, & doloris
peccatorum commissorum baptismum susci-
peret, valide eum susciperet, quia caracte-
rem reciperet; non tamen fructuose, quia
non reciperet gratiam, & ceteros effectus
ex illa pendentes; recedente verò fictione,
nempe positus actu fidei, & doloris, gratiam,
& ceteros effectus reciperet absque reitera-
tione baptismi, ex vi praeteriti baptismi, quia
Sacramentum irreiterabile non debet eare-
re suo fructu, recedente fictione recipientis:
v. num. 3085.

2999 Ubi nota, quod quando dicitur,
quod licet recipiens baptismum, recedente
fictione, gratiam acquirat, nomine, *fictionis*,
non intelligitur defectus primae dispositionis,
nempe consensus interni; quia sic neque va-
lide baptismum reciperet; sed defectus actus
fidei, & doloris.

3000 Hinc qui vi, vel metu ductus bap-
tismum suscepit, valide suscepit, si habuit
intentionem illum verè suscipiendi, quia me-
tus non tollit intentionem, & voluntarium
simpliciter,

3001 Validus est baptismus, qui
amenti, aut dormienti, si ante, dum
lum rationis habuit, petiit, quia sufficiens
tio habitualis: v. num. 2449.

EFFECTUS BAPTISMI

3002 Sunt 1. gratia habitualis, seu
bitus charitatis; in fine
in susceptione baptismi tres habitus
turales, Fides, Spes, & Charitas, per
gratiam deletur peccatum originale, &
omnibus actualibus ante baptismum
missis.

1. Haec remissio totius poenae. Baptis-
mus enim delet omnem culpam, & poenam
de fide definitum in Concil. Florent. *De
zatis non imponi satisfactionem pro
praeteritis.*

3. Est character, quo figuratur
militiam Christi. Item conjungit
hominem cum Christo, tamquam
brum cum capite, eumque subje-
ctiōni Ecclesiae.

Denique est janua omnium Sacramen-
tum: vide tom. 3. num. 19. ita ut
prizatus non possit valide ad
moveri: vide proposit. 19. ab Alexand.
damn.

PATRINUS

3003 IN baptismo solemniter requiritur
trinus. *Patrinus* dicitur non
qui puerum tenet in caeremonia
bus baptismum, quia hic dicitur
in Catechismo, seu introductione,
qui tenet puerum in fonte, dum baptizatur
qui tamen solet esse idem; qui non
se, nisi unus, mas, aut femina; aut ad
mam duo, mas, & femina, ex Triden-

cap. 1. de reform. quibus incumbit cura
 educandi puerum super rebus si dei, licet hac
 religio non vigeat inter Catholicos, ubi
 sunt plures & aptiores habent instructio-

3004 Maritus, & uxor possunt simul alie-
 rum filium levare de rigore præcepti, at non
 de libertate; quia caput, quod autem 30. q. 4.
 de consensu, non præceptum. Clericatus c.
 1. 260.

3005 Non possunt esse non baptizati, si
 in confirmatione non confirmati, ne-
 cessitate. Prohibetur ex jure Monachis
 seruitos. Parens non debet propriam
 potestatem suscipere, quia aliàs contraheret co-
 gnationem spirituales cum conjugis, ob
 quam non possit debitum petere. Nisi bap-
 tizatus fuerit necessitate; tunc enim non a-
 gatur petendi. Episcopus autem potest
 petendi impedimento debitum
 Clericatus cap. 115. num. 61.

3006 Non licet avo, vel avia suscipere
 nepotem, vel neptem; quia continen-
 tia prohibitionem patris, & matris. *Iusta*
verborum significatio. Clericatus cap. 115.

3007 Nec licet Monachis, & Regula-
 ribus Paternos; nam licet prohibitio
 non licet Abbatibus; sit expressa pro-
 hibitio, est servanda à cæteris Regulari-
 bus in Rituali habetur: *Ad hoc munus*
non debent Monachi, vel Sanctimo-
nialis alii consensu Ordinis Religiosi à se-
ipso recipi.

3008 In baptismo privato non requiritur
 cognatio, qui si adhibeatur, cognationem spi-
 rituales non contrahet; quia jura de bap-
 tismo loquuntur; adeoque non exten-
 dentur ad privatam.

3009 Insuper nec cognationem spiritua-
 les contrahunt Patres in baptismo solemnij
 tenentes puerum, in domo privatim ob vitæ
 periculum ab obstetrice baptizatum. *San-*
chez de matr. lib. 7. disp. 62. Tamb. de bap. c.
1. §. 8. n. 3. quia jura loquuntur de baptismo
solemni, verò, & absoluto.

3010 Non contrahitur cognatio, nisi pa-
 trinus tangat baptizandum, aut confirman-
 dum, in ipso actu Baptismi, seu Confirmatio-
 nis; quia jura requirunt, ut *cat* in fonte bap-
 tizandum, dum baptizatur, &c. Unde non
 sufficit sola assententia, aut responsio ad cate-
 chisimum, vel quod baptizatum è manu Sa-
 cerdotis recipiat post baptismum. *Tamb. to.*
2. pag. 13. §. 4. & pag. 18. c. 4. cum com.

3011 Hinc Joseph. de August. & Tamb. de
 bap. dicunt, quod si quis suscipiat per Procu-
 ratorem, non contrahit cognationem, nec ip-
 se, nec procurator. Non ipse; quia non ipse
 tenet, cum non tangat. Non Procurator; quia
 licet teneat, non tenet nomine proprio. At
 Clericatus c. 115. n. 63. tenet, contrahi à mi-
 tente, non à procuratore; & ita decidisse Sac.
 Congreg. refert ex *Coton. lib. 2. contr. 2. nu.*
90. & ex Nicol. elucubr. civil. tom. 1. pag. 50.

3012 Non contrahitur cognatio, nisi à
 susceptore baptizato, nec in Confirmatione,
 nisi à susceptore confirmato; unde non con-
 traheret Cathecumenus. *Dianapart. 10. tract.*
16. ref. 89.

3013 Patrinus suscipiens filium infide-
 lium, non contrahit cognationem cum ejus
 parentibus infidelibus, nisi postquam veni-
 rent ad fidem, quo casu esset attendenda cog-
 natio. Clericatus c. n. 57. cum *Sily.*

Vide infra de matrim. tit. Cognatio spiri-
 tualis.

Scotus in 4. dist. 3. q. 1. lit. D, E, q. 2. lit. D,
 H, P. dist. 18. q. un. lit. H, dist. 4. q. 1. lit. A, q.
 5. lit. H, dist. 6. q. 2. lit. G, dist. 6. q. 2. lit. A, C,
 dist. 7. q. 1. lit. D, dist. 5. q. 2. lit. A, C, D, E, F, G,
 dist. 4. q. 4. lit. D, H, q. 5. lit. A, C, dist. 6. q. 9.
 lit.

lit. M, dist. 6. q. 7. lit. A, B, dist. 42. q. un. lit. I, dist. 4. q. 6. lit. C, dist. 5. q. 3. lit. A, dist. 3. q. 2. lit. G, I, N, O, dist. 6. q. 2. lit. A. Mastrius in theolog. mor. disp. 17. Joan. la Cruz. pag. 97. Leand. de Sacram. tom. 2. Tambur. to. 2. lib. 2. Busenb. lib. 6. c. 1. Cleric. c. 115.

CAPUT III. DE CONFIRMATIONE.

3014 **C**onfirmatio, est Sacramentum, quo homo viator baptizatus inungitur in fronte ab Episcopo cum Chrismate, & praescripta forma verborum, ad fidei robur consequendum.

3015 **Materia remota**, est Chrisma confectum ex oleo olivarum, & balsamo, Balsamum esse de necessitate Sacramenti, est tutius. Chrisma verò debet esse ab Episcopo benedictum, aliàs Sacramentum esse nullum; quia sic fuit à Christo pro materia institutum Cardenas disp. 2. n. 45.

3016 **Materia proxima**, est unctio facta in fronte in formam Crucis.

3017 Unctio fieri debet immediatè manu, vel digito Episcopi; unde non est tutum, si fiat instrumento.

3018 **Forma** sunt verba: *Ego signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Omnia prater Amen sunt necessaria ad valorem.

3019 **In collatione huius Sacramenti additur alapa**, qua confirmatus percussitur, ut memor sit se hoc Sacramentum recepisse, adeoque non audeat iterum ad illud accedere, cum non sit iterabile. Et insuper, ut intelligat, debere pati injurias pro Christiana fide profutenda. Hæc Fenech ex Tol.

3020 Non peccaret mortaliter Episcopus, si omitteret dare alapam. Clericatus c. 116. n. 25. cum Com.

3021 Non inexcusatur irregularitas per iterationem Confirmationis Clericatus. Ita 29. quia iura solùm loquuntur de certitudine baptismi; & ex c. Qui 15. de sent. excom. 6. irregularitas nulla incurritur, nisi in prella in iure.

3022 Minister huius Sacramenti est Episcopus. Unde non sufficit, si fiat à Clerico Sacerdote ex commissione Episcopi; verò ex commissione Papæ; quia hoc accessit Greg. I. & pro Indis Greg. XIII. non autem Summi Pontifices à diaconibus, quibus eligunt unam; illam proponunt Leonardam, & reddunt certam. Sieri n. 117.

3023 Quamvis ex iure non liceat Episcopo alienum subditum in sua Diocesi confirmare, consuetudo tamen id hinc inde dicitur, quia presumitur consensus proprii Episcopi. Diana p. 2. rr. 17. ref. 17. & per Lira 4. ref. 50. Clericatus cit. n. 15.

3024 At non potest in aliena Diocesi proprium subditum confirmare, nisi in absentia Episcopi loci; aliàs incurritur in suspensionem, ex Trid. sess. 6. de reformatione.

3025 Non peccat Episcopus, si causa ad sui arbitrium administrationis huius Sacramenti per tres, aut quatuor dies retardet. Et potest quocumque die, etiam interdicta, ministrare, & tempore interdicti, per Quoniam: de sent. excom. in 6.

3026 **Subiectum**, est omnis homo baptizatus, siue infans sit, siue adultus, Usus quo non conferatur pueris ante usum rationis, recordentur se illud recepisse, ne iterum.

3027 [Sed in hoc (ait Clericatus n. 116. num. 26.) exuberat arbitrium Episcopi, si secluso scandalo, etiam puerum citum non possit confirmare abiq; peccato, deinde per in dubio debet inclinare ad favorem petentis Sacramentum, ne ob vicia